



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

11. Dies Maji. Superbia etiam in rectè factis cavenda, ne homo dum quod Dei est, deputat suum, amittat quod Dei est, & redeat suum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

cœlestium ordini, proportioni ac numero intenuit
virtutes quæ fulgore, & radiis stellas omnes multe
gradibus excedunt, pulcherrimamque in anima hu-
moniam efficiunt, negligeret. Quid referet me scilicet
ut solitus sum cum Saturnus, & Mars contraria
constabunt? aut cum Mercurius vespertinum facie
occasum vidente Saturno? potius quam ut hoc di-
cam, ubicumque ista sint, ut sum semper inter dissimili-
lia mei similis. Conducet magis ad salutem, caven-
te sol occidat supra meam iracundiam, quam inves-
tigare solis eclipticam. Suspicio illam Astrologiam,
quæ eò me deducit, ut cælum contemplatus exclu-
mem: *Quam sordet mihi terra, dum cælum aspiro.*
Scitè Demonax, cum quidam inquireret, an mundus
esset animatus? & rursum, an globosus? Vos, inqui-
de mundo soliti estis; & vestram ipsorum immuni-
ditiam non curatis. Sic multii impensiùs sunt solliciti
ut aspiciant stellas, quam ut fulgeant quasi stellæ
perpetuas æternitates: & ut intelligant labores, &
defectiones mutabilis lunæ, quam ut ipsi stulti no-
mutentur ut luna: & ut in cœlo percipient plane-
tam Veneris, quam ut extinguant in se ignem Ven-
eris. Stude potius animum excolare virtutibus, quam
inhærere aspiciendis sideribus.

Virtute excultus, tolles ad sidera vultus.

II. D I E S M A J I.

Superbia etiam in rectè factis cavenda, ne
homo dum quod Dei est, deputat suum
amittat quod Dei est, & redeat ad suum
S. August. de Nat, & Grat. cap. 32.

I. Num.

(a)

Majus.
intensus
nes multa
nima ha-
t me scie-
contrari-
um facie-
ut hoc di-
er dissim-
m, caven-
uam invi-
cologian-
tus exclo-
m aspicio-
n mundu-
os, inqui-
n immuni-
nt solici-
si stellae
bores, di-
ftulti ne-
nt plane-
em Vene-
bus, quan-
da, n-
nt suum
d suum
I. Nuc-

Majus.
Superbia.

Tessera.

357

I. **N**unquam minus eris Dei, quam dum nimis es æstimans tui. Tunc Deus hominem æstimat, dum se nihil habere à se, totum à Deo exultimat. Fateor, unum habes à te, quod nemuno unus, ne quidem Deus potest facere, præter te, peccatum. Peccator es tu, & ideo solum peccatum est tuum. Quid ergo superbis, hoc est super alios istos, cum vilitate tui infra omnes, imò per peccatum infra omnia? Audi superbè, & ad audita tinniant tibi gemina aures. (a) *Deus superbis resistit*; terribilis vox, quis, cui insistat expendet. Deus superbo, hoc est, potentia infirmitati, quomodo stabit? Fortitudo imbecillitati, quomodo non ruet? Scientia ignorantiae, quomodo intelliget? Justitia impio, quomodo non plectetur? Immortalitas mortali, quomodo vivet? Nec minus horibile est, & illud; Superbus resistit Deo. Quæ hic non expectanda confusio? Quomodo poterit subsistere tantillus, qui resistit tanto? homo Deo? sed quo pacto vel homo Deo, vel Deus resistit homini? Hæc ut capias, paululum subsiste.

II. Deus resistit superbis, ne faciant malè, & fiant mali; superbi resistunt Deo, ne faciant bene, & fiant boni. Deus resistit superbis ne vitio superbiae fiant pessimi; superbi resistunt Deo, ne infundat gratiam, & beneficio modestiae evadant optimi. Innumera in te Deus effunderet beneficia, & infunderet munera, nisi illorum torrentissimum impetum, objecta veluti cataracta, sisteret tua, quæ ei resistis, superbia. Vide torrentem, vide objectum ei obicem. Immenso desiderii æstu, præcipitus more torrentis, Deus rapitur ut

Z 3

Iusas

(a) Jacob. 4.

Iuas in te effundat gratias; par est Christi ideo mor-
tui, cupiditas; non dissimilis est Matris ejus ardor:
ut id fiat, quotquot ævo sempiterno fruuntur cælestes
impensè expertunt, & ne resistas Deo, enixissime pe-
tunt. Est igitur conspirans totius cælestis curiæ vo-
rum, ut Deum experiaris non tantum in te benevo-
lum, sed erga te beneficium. Tu tot, ac tantorum de-
sideriis unus resistis, dum Deo, ne suis in te beneficiis
sit erga te prolixus, tuâ superbiâ prolixè obsistis. Ob-
turas quinque fontes sanguinis Christi, ne totis al-
veis in te influant, dum ventosissimo fastu te Deo op-
ponis. O quam tibi sic imponis! prô nefastum è
fastum! qui nomen tuum è fastis divinis delet, è libro
vitæ expungit.

III. Cùm superbia sit centrum, à quo exeunt li-
neæ ad circumferentiam omnis iniquitatis, non est
quod optes superbo pœnas: esse superbum, maxima
est pœna superbiæ. Fastus placentis sibi animi ei-
Rex, & Tyrannus: Rex, quia imperat omnibus viis;
Tyrannus, quia afficit omnibus suppliciis. Hinc illi
modestus in purpura Princeps tanto opere Deo sup-
plicat. (a) Non veniat mihi pes superbiæ: ut non sim in-
quit Ambrosius, (b) superbus, ne peccem; non peccem,
ne movear, non movear, ne cadam; non cadam, in
expellar, sicut Adam de paradyso expulsus est: quia in
ipso pes superbiæ stare non potuit. Nescit stare superbiæ.
Et si ceciderit, non novit resurgere. Gravis casus, pol-
quem nullus, nisi in malo, & pœna mali, est status.
Vis magnus esse coram Deo, & hominibus? subster-
ne te propter Deum, omnium pedibus. Aequilli-
mus eris tui iudex, si te judices proborum ultimum,

(a) Psalm. 3 §. (b) Ambros. in eund. Psal.

Majus. *Tessera.* 359
improborum primum. Primum se peccatorum pro-
nuntiavit Paulus , nec potuit mentiri os illud Spir-
itus sancti. An tu forsitan meliorem te putabis tanto A-
postolo ? & esse hyperboleem censemus , aut modesti-
am, te vocare maximum sceleratorum ? Non nocebit
site postposueris omnibus ; nocebit immaniter si te
praeponas vel uni. Quantum times ne pereas, tantum
cave ne superbias. Nec enim erravit à sulco veritatis,
dum ita loquitur Poëta.

Eft verum verbum : frangit Deus omne superbum.

12. D I E S M A I I .

Utrorsæ rubent , & pungunt , sic libido rubet
verecundiæ opprobrio , pungit peccati
aculeo. *S. Fulgent. Mithol. 2.*

Luxuria. I. **U**bi rosa ibi spina ; ubi dux est
luxuria , ibi comes est tristi-
tia. Quod factum est , fe-
cisse est pudor , & ideo dolor : ex dolore timor ,
ex timore angor , ex angore horror. Hæ sunt hu-
jus roſæ , ubi emarcuit , spinæ. Ubi cumque ergo
est stimulus carnis , illic est & aculeus cordis. Quid
quod ex luxuria , ut in arboribus foliorum , sic in ho-
minibus vitiorum pullulat luxuries ? Et inde quām
amari fructus. Audi Apostol. (a) *Quem ergo fructum
habuistis tunc in illis , in quibus nunc erubescitis.*
Relege vestigia luxuriæ , quid reliquit , ubi volun-
tas assensu delquit , nisi mœstas & fœdas in me-
moria

Z 4

(a) *Rom. 6. 21.*